



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Catena Temporum

Andrian, Carl

Herbipoli, 1698

Series I. Scholæ, Academiæ, litterarum incrementa, & detrimenta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

Litterarum incrementa & damna 369

Trajanus, Hadrianus, Antoninus litterarum amantissimi, litteratos fovent & bibliothecas condunt.

Prima Christianorum schola Alexandriae, in qua sub Commodo docuit Pantænus. *Genebrardus.*

☉ *Saecul. III. à 200. ad 300.* ☉

Pantæno in Schola successit Clemens Alexandrinus, Clementi Origenes anno ætatis 18. *Genebrardus.*

Eandem postea scholam rexit Pierius Presbyter, Origenes junior appellatus.

Schola Cæsareæ Philosophica & Theologica per Pamphilum instituta, fuit Pamphilus Pierii discipulus & Martyr.

Alexander Episcopus Hierosolymitanus, Julius Africanus Cæsareæ primi apud Christianos bibliothecas instruxisse leguntur. *Euseb: lib: 6.*

Mirus in Alexandro Severo litterarum & litteratorum amor.

Antonius Caracalla magicis artibus addictus, magno litterarum & artium bonarum detrimento.

☉ *Saecul. IV. à 300. ad 400.* ☉

Berytensis Academia per Diocletianum & Maximianum.

Scholæ Romanæ, Professoribus & salariis à Theodosio exornatæ.

Bononiensis Academia à Theodosio instituta. Con-

Constantinus M. Liberalium artium professoribus liberales mercedes assignat.

Licinius Cæsar propter summam ignorantiam, litteras pestes publicas appellabat.

Julianus Apostata studia bonarum artium Christianæ juventuti conatus est adimere, quæ res Gregorium Nazianzenum impulit ad condenda carmina.

☉☉ *Sæcul. V. à 400. ad 500.* ☉☉

Florebat adhuc Athenis Academia, quæ postea Romam translata est.

Pangoriensis Academia in Wallia antiquissima, ut Angli scriptores tradunt.

Academia Constantinopolitana, à Theodosio Juniore instituta 425.

Edeffæ in Syria & in Perside, litterarum Scholæ florebant.

Gergusius II. Scotorum Rex Gothis sub Alarico ante regnum acceptum militans è Prædæ Romana vetustissimos codices, aureis, argenteisque vasis præhabitos in Scotiam defert, eosque in Jonæ monasterio servandos locat. *Leslaus,*

☉☉ *Sæcul. VI. à 500. ad 600.* ☉☉

Instaurata per Justinianum Berytenfis Academia terræ motu excisa. Mauritius Imper: studiis, & eloquentiæ præcipue favet.

Siluisse Romæ Gymnasia omnia, neque Pontificis Agapeti auctoritate ad docendum

Litterarum incrementa & damna 371
dum quenquam allici potuisse testatur
Cassiodorus.

Gothi vetantes litteris erudiri, ne ad
arma tractanda minus alacres fierent, lit-
teras propemodum perdunt.

Consequentibus temporibus cum gra-
ves bellici tumultus inciderent, studia sa-
tis excoli non potuere.

☉ *Saecul. VII. à 600. ad 700.* ☉

Erphordiensis Academia sub Dagober-
to I. Rege.

Scholæ Cantabrigenses in Anglia: Aca-
demia tamen seriùs instituta. An 1237.

Britanniæ, quæ Gothicis excursionibus
non potuerant, veteris doctrinæ reliqui-
as vix sunt conservasse.

Coacto ab Agathone Rom: Pontif: con-
cilio in ea primorum capitum frequentia
inventum neminem vel mediocri doctrinâ
instructum, qui ad Constantinum Pogona-
tum legari posset, ejusdem Pontificis litte-
ræ deplorant.

Gnosimachi hæretici scientiam & do-
ctrinam omnem rejicientes, non parvum
litteris detrimentum attulere.

☉ *Sæc. VIII. à 700. ad 800.* ☉

Balbaricensis Academia in Arabia 813.

Eboraci publicum Sacrarum litterarum
studium instituit S. Egbertus 761.

Osnaburgensis, Papiensis & Patavina à
Caro-

372 *Schola, Academia*

Carolo Magno instituta. Bononiensis renovata.

Academia Athenis Romam attracta, Lu-
tetiam à Carolo M. translata operâ qua-
tuor Monachorum, Rabani, Alcuini, Clau-
dii & Joannis Scoti Bedæ discipulorū 791.

Leo Isauricus magno litterarum detri-
mento triginta voluminum millia Con-
stantinopolitanæ bibliothecæ, cum duode-
cim doctissimis eorum custodibus plus
quam barbarè flammis absumit.

☉ *Sæculum IX. à 800. ad 900.* ☉

In Dania & Suecia primus scholas ape-
rit Ansgarius 831.

Scholæ Constantinop. per Bardam re-
stitutæ 859.

Oxonienſis Academia in Anglia 872.

Fulco Epif. scholas Remis inſtaurat.

Carolus Calvus in Europa, Maimon Sa-
racenorum Amiras in Asia egregii littera-
torum Mecænates.

Ludovicus Pius jubet Monachos, imò &
Moniales describendis veterū libris addici.

Michaël Balbus ne pueros se doctiores
cerneret, eos litteris erudiri veçuit.

☉ *Sæcul. X. à 900. ad 1000.* ☉

Scholæ universales in Brabantia inſti-
tutæ à Joanne Duce 926.

Academia Babylonica Saracenorum ad
medi-

Litterarum incrementa & damna 373

medicinam præsertim & astrologiam tradendam circa finem hujus sæculi florebat.

Sæculum hoc bellis infelicissimum fuit, & sæculum dici potest ignorantia, sustinuerunt tamen litteras quantum fieri potuit religiosi viri in veterum præsertim monumentis exscribendis.

Apud Græcos tamen, Hebræos & Arabes littera feliciter celebrantur teste Genebrardo. Otho II. litteris plurimum favere visus.

☉ *Sæcul. XI. à 1000. ad 1100.* ☉

Alexandrina Academia floruit, in qua Avicenna adolescens Rasim audivit.

Salerni ex Arabum Præscripto in fine sæculi medicina tradebatur ut liquet ex libello cui nomen factum *Schola Salernitana*. Scriptus est versibus Leoninis à Joanne de Mediolano nomine Collegij Salernitani.

Constantinus Ducas litteras & litteratos magnificat.

Saraceni pessimi scelerum Magistri in Hispania Toleti, Hispali, & Salmanticae Magicas artes palam docere exorsusunt. Genebrard: Del Rio.

☉ *Sæcul. XII. à 1100. ad 1200.* ☉

Academia Moespeliensis 1196.

Hoc primum sæculo quasi republicam quandam litterariam erectam, Rectores Magnifici universitatum, alijque Decani, & veluti Magistratus instituti sunt.

Tribus disciplinis honorum gradus confertur Theologia, Iuriscivilis & Medicina.

Lothario II. & Conrado III. Imperantibus, litteræ quæ à barbaris conculcatae jacuerunt, oculos aliquamdiu tollere incipiunt. Sub illis per Europam magni doctri-
nae nobiles viri extiterunt, & nata Scholastica Theologia, & accuratius Philosophiae coli capit.

☉ Sac. XIII. à 1200. ad 1300. ☉

Parisiensis Academia à S. Ludovico instituta 1232.

Viennensis in Austria 1239. Salmaticensis 1240. Aberdonensis in Scotia 1240. Cantabrigensis 1277. Neapolitana & Pertusina per Fridericum II. 1290.

Robertus Sorbonius, celeberrimo Parisiensi Theologorum Collegio initium & nomen dedit 1265.

Alphonfus X. Castellæ Rex litterarum egregius fautor, sed Astrologiæ nimis addictus.

☉ Sac. XIV. à 1300. ad 1400. ☉

Aurelianensis Academia 1302. Firmiana per Bonifacium VIII. 1304. Ferrariensis 1306. Pisana 1339. Heidelbergensis 1346. Pragensis, Cracoviensis, Andegavensis 1361. Senensis 1380. Coloniensis, Erfordiensis 1392.

Magnus

Litterarum incrementa & damna 375

Magnus actus Sorbonicus inventus à Francisco de Mayronis 1315. Bayrus in Britannia nullis parcens sumptibus libros diligenter congregat.

Carolus IV. Imperat: Carolus V. Robertus Rex Neapolit. Joannes Cardinalis Columna omnes Litterarum & Litteratorum fautores & magni Mecænates.

☉ Sacul. XV. à 1400. ad 1500. ☉

Herbipolensis Universitas Anno 1401. quæ ob crebras studiosorum cum civibus contentiones Erfordiam translata est. Lipsiensis 1408. Sanctandreana 1411. Rostochiensis 1415. Ingolstadiensis 1416.

Glasquensis 1454. Criswaldensis 1456. Basileensis 1459.

Friburgensis 1467. Valentina 1470. Tubingensis 1477. Haffniensis 1478. Moguntina 1482.

Typographia inventa litteras promovet. Eugenio IV. Nicolao V. Sigismundo Imperat: Alphonso Aragonum & utriusque Siciliae, Jacobo I. Scot: Regibus, Cosmo & Laurentio Mediceis, littere plurimū debet.

Nicolaus V. Ut bibliothecam Vaticanam instruat, Magnorum scriptorum codices undique per eruditissimos viros conquirat.

Æneas Sylv.

li 2

Ludo-

Ludovicus XI. Gall: R litterarum ofor
filium vetuit latina nosse.

☉ Sac. XVI. à 1500 ad 1600. ☉

Witembergensis Acad: 1502. Uratisla-
viensis 1505. Francofordensis in Marchia
Brandenburgica 1506. Complutensis 1517.
Olumensis 1549. Gandiensis per Francis-
cum Borgiam 1549. Maceratenfis 1549. Re-
mensis & Conimbricensis 1550. Dilingana
1552. Eborensis 1559. Taurinensis 1565. Ta-
raconensis 1572. Duacena 1574. Cæsar Au-
gustana 1583. Parmensis 1599.

Franciscus Ximenius, Franciscus Gall.
Rex, Leo X. Alphonfus Atestinus D. Fer-
rarizæ, litteris, Musisque faustissimi.

Gregorius XIII. erectis ubique terrarum
educandæ juventuti Collegiis, & præfer-
tim Romæ, Religioni & bonis artibus
mirè prodest.

Captâ Budâ perire nobilissimi codices,
quos colligi jusserat Matthias Corvinus.

☉ Sac. XVII. à 1600 ad 1698. ☉

Madridensis artium Academia aucta à
Philippo IV. Giessana 1607.

Mantuana 1625. Paderbornensis 1613. Molf-
heimensis per Leopoldum Archiducem
1616. Bambergensis per Melchiorem Ot-
tonem Episcop: 1648.

Col.

